



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

LXIX. Differentia 2. Iure Canonico corpora mortuorum sunt sepelienda in  
Ecclesia, vel cæmiterio,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## DIFFERENTIA 2.

*Iure Canonico corpora mortuorum sunt sepelienda in Ecclesia, vel camiterio, c. Cum gravia, & c. seq. 13. q. 2. Sed iure civili sunt sepelienda extra civitatem: l. Mortuorum, C. de relig. & sumpt. fun. Ioann. Bapt. à S. Blasio 173.*

I. **L**ex, *Mortuorum*, citata prohibet mortuum hominis corpus in civitatem inferri, ne sacra civitatis funestentur: qui contra fecerit, extra ordinem punitur. *Paulus 1. sentent. 21. Unde Virgilius: Corpora partim multa virum terra infodiunt, annexaque partim finitimos tollunt in agros, urbi que remittunt. Et Cic. l. 2. de leg. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, nevé urito. Communis igitur Romanorum sepultura in viis publicis erat, ut Epitaphia testantur, quæ viatores alloquuntur: & disertè habetur apud Jurisconsultos in *l. Frator, ff. de sepult. viol.* & vetus Scholiastes *Invenialis ad Satyr. 1. v. ult. viæ*, in quibus nobiles sepeliebantur. Ipse Satyricus: *Flaminiâ tegitur cinis atque latinâ, Sen. ep. 91. cir. fin.* Non est, quod nos tumulis metiamur, & his monumentis, quæ viam disparia prætexunt; æquat omnes cinis. Legislatoribus tamen is honos habitus est, ut intra pomeria sepelirentur, quòd conveniens existimarent, ut, qui cives legibus à se latis in concordia continuissent vivi, in medio eorundem mortui conquiescerent. Idem Imperatori-*

bus, quòd soluti legibus essent, & vellelibus indultum esse constat. *V. Dopspter. in Auctor. antiq. Roman.*

II. Hic veterum & infidelium mos fuit. Nobis Christianis non in urbe solus, sed ipsi in templis meliori causâ, & pro fidelium defunctorum corpora humanatur, ut nimirum illorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, locorum, quorum sepulchra conspiciunt, recordentur, proque iis domino precantur, *c. Cum gravia 13. q. 2. & seq. 1. Nullus, Solo sepiscopos, & abbates, aut dignos presbyteros, vel fideles laicos in ecclesia sepeliendos esse præscribitur. Unde Glossa: Omnis Christianus potest sepeliri in Ecclesia, sed non gentilis intellige, nisi in peccato mortali decesserit, vel impœnitens, aut torneamentarius, vel interdicta Ecclesia sit, c. 1. de rapt. V. Conr. Brun. de carem. l. 2. c. 2. Roman.*

*l. 4. de rep. Christ. c. 4. Barb. in c. Pra. iendum*

*13. q. 2.*

\* \*